



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Svmma Casvvm  
Conscientiæ, Sive De Instrvctione Sacerdotvm Lib. VII**

**Toledo, Francisco de**

**Coloniæ Agrippinæ**

18. Quis restituere teneatur ratione rei benè acceptæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40916**

vlcipio, in immobilibus dicitur præscriptio: est autem tempus vlicationis, triennium: in prescriptione est aliquando decenium, aliquando viginti, aliquando triginta anni, ut alias declarandum. Dico igitur: qui rem bona fide habet, potest vlicapere, & præscribere, ut, si post tempus compareat non suis suam, ad nihil teneatur; nec ipsam restituere: at vero male fidei possessor, nullo potest tempore præscribere.

Quaram differentiam ponit Nauar. cap. 17. num. 9. Bonæ fidei possessor, potest vendenti rem reddere, cum comperit non esse suam; at vero male fidei, non sed domino. Sed hæc differentia nulla est. Nam vterque possessor potest reddere venditioni, & recuperare suum pretium. Si autem hoc non posset, tunc reddere domino tenetur, & istam sententiam tenet Alexand. de Ales 4. part. quæst. 86. art. 5. & Sylvest. verb. restitutio, 3. § 7. quamvis aliqui contrarium putent. Vnde potest, qui emit a latrone quacumque fide, reddere latroni emptum, si potest, ipsum tamen exhortari debet, ut reddat. Sot. lib. 4. quæst. 7. art. 2. dicit aliquem excusari ignorantia iuris, ut quamvis latroni reddat, nec peccet, nec obligetur domino; sed istud ius nullum est ob id, non est necessaria ignorantia, melius dicendum propter cum Alexan.

*Quis restituere teneatur ratione rei bene  
acceptæ.*

### CAPUT XVII.

**A**ltera radix restitutionis est, res bene accepta à domino, qui in alterius existens potestate, ipsum obligat ad restitucionem. Hæc autem res præcipue qua uor mortis habetur, commutatione, locatione, pignoratione, & deposito. Qui igitur rem alterius hæc via haberet, tempore statuto ampleto, reddere tenetur, dummodo tamen illa res non periret. Enim periri, amplius non teneatur, nisi in qua uor casibus. Primum, quando ex malitia, vel negligentia ipsius habentis contra malitia quidem, si vendidit, vel eam alienauit: ex negligentia, si non attribuit diligentiam, quam tenebatur. Ea autem debet esse mediocris, & maior, si pro deposito conseruans obliquet pecuniam accepit; majorque debet esse diligentia accommodato, quam in deposito, quia illud est in propriam suarem: nulla tamen negligentia obligat ad restitucionem,

Oo

quæ

quæ non sit mortale peccatum. Cum vero res perire, non ex negligentia, vel malitia habentis, sed quia forte furo sublata est, vel perdita, vel mortua, non est obligatio restitutiois, nisi in secundo casu, cum conuerit illam rem ad alios vias, ad quos eam non accepit, & ex tali conuersione res perire. gloriatur quis equum alicui, ut eat Neapolim, ipse proficetur Mediolanum, si in via à latronibus rapiatur, tenetur ad restringendam, quia non accepit equum à locante ad talem finem similia sunt alia exempla in alijs.

Tertio, cum est in mora reddendi alienum, & in talibus perit res: verbi gratia, qui noluit reddere depositum, vel pignus, vel commodatum, vel locatum, quando tenebatur reddere, & poterat, si, illo tempore res pereat, restituere teneret, ut qui equum locat pro tribus mensibus, & ipse differt infra in quarto perit, tunc teneretur reddere maximè si ex mora perit. Similiter si furto rapitur pignus tempore mora, tenetur reddere.

Quarto, cum conuentio facta est inter ipsos dantem, & recipientem, ut res pereat in damnum recipientis; tunc enim tenetur iste restituere. Extra hos casus, res perit domino, non autem ipsi habenti. Aduerte autem, esse commodatum, cum res eadem redditur, quæ datur; mutuum autem, cum redditur æquivalens, aut pretium. In mutuo autem res non perit, nisi in damnum recipientis, ut dicendum est postea.

Ad hanc obligationem, ratione rei bene acceptæ, reduc potest obligatio restituendi res inuentas. In cuius gratiam nota Tripliciter se habent res inuentæ.

Quædam sunt, quæ non apparent ullum habuisse dominum, ut lapilli, & gemmæ, quæ in locis, ubi naturaliter generantur, apparent, ut ad maris littora, vel in aliquibus montibus, & qui inuenit eas, potest sibi habere; non enim obligatur restituere, cum nullius essent.

Aliæ sunt, quæ probabilitate dominium habent, aut ipsum, cuius erant, aut hæredes, quales sunt hæc, quæ porri inuenientur solent in vijs, aut in domibus ab alijs emptis, quamvis abs conditæ sint in muris, vel cæuernis aliquibus; & has inuenientur domino reddere, & facere diligentiam aliquam, ut inuenientur (expensis sumptis ex ipsam) re inuenta domino autem non comparent, secundum sententiam communem, debent reddi pauperibus. Quamvis ad hoc, non sit alia cogens ratio, nisi quia sic omnes doctores dicunt. Vnde Soto libr. 5. quart. art. 3.

123. dubius est de hoc , tamen condescendit opinioni com-  
muni. Verum est, si inuentor esset pauper, posset sibi aut torū,  
aut partem pro ratione necessitatis applicare, & maximè cum  
consilio Confessorum, licet hoc non sit necessarium, ut dicit Soto. Si autem post inueniretur dominus, amplius non re-  
petetur iste reddere, si sufficiens facta fuerit diligentia, ut inue-  
nientur dominus.

Quædam aliæ sunt res, quæ dominum habuerunt, sed iam  
non habent, ut thesauri vetusti, quorum dominus ignoratur,  
& si quis inuenit tales in fundo proprio, totum sibi vendicare  
potest; si in alieno, medianam partem , si domini voluntate ex-  
trahit, si enim ipsi inscio, totum perdit. Sunt tamen leges par-  
ticulares Principum , alias sibi partes referuantium, quibus  
parendum est, & est restitutio facienda, etiam ante sententiam.  
Dicit autem unum S. Thom. 2.2.q.66.art.5. quem aliqui sequun-  
tur: quod si quis in alieno agro sciret esse thesaurum , posse  
emere, non admonito domino , & postea totum sibi sumere,  
quia dominus agri non vendit nisi superniciem ; & huius ha-  
bet premium suum. Aliqui tenent contrarium, sed quia in re-  
bus moralibus securè potest tantorum opinio amplecti, nos  
cum sequimur. Hæc igitur est secunda radix restitutionis.

*De tertiaria radice, quæ dicitur iniusta  
actio.*

CAPUT XIX.

Terria radix restitutio est iniusta actio, qua, quod alterius  
est, aufertur. Est autem maximè notandum protota  
hac materia, esse peccata in duplice differentia , quæ-  
dam sunt contra solam Dei charitatem , vel proximi, quæ-  
dam sunt contra iustitiam: v.gr. si quis non dat eleemosynam  
voximo in maxima necessitate posito , peccat contra chari-  
tem: si quis autem non reddit quod debet, peccat contra lu-  
tiam.

Est autem generalis regula: ex peccatis contra solam chari-  
tem, nulla erit obligatio restitutionis , nisi sit ratio iniusti-  
tibi coniuncta . Vnde, ille, qui non dedit eleemosynam,  
peccauit quidem, sed ad restitutionem non tenetur, & hoc in  
multis casibus sequentibus manifestatur. Hinc sit , ut actio  
mala , quæ radix est restitutionis , debeat esse sic mala , ut